



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

133 Clerici, quamvis legi seculari non subijciantur, subjecti tamen sunt  
leginaturali.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

sticæ. Jas. int. I. n. 9. C. de ind. jud. toll. per tex.  
ēn c. sciant cuncti, de elect. in 6. Batt. in l. i.  
ēn fin ff. de ijs quæ pœn. nom. relinq. & Felyn.  
post alios per ipsum allegatos in cap. ecclæsa sanctæ Mariae numer. 99. de constit. &  
est casus expressè comprehensus in Bulla  
Cœnæ Domini, sub numer. 16. versic. neg-  
non, qui.

132 Infertur præterea, † quod edictum  
Principis secularis, ne frumentum plus cer-  
to pretio ab eo constituto vendatur, vile-  
gis nunquam ligabit clericos, Abb. in rep.  
cap. Ecclesiæ sanctæ Mariae, num. 15. vers.  
item si lex, & ibi Felyn. numer. 40, in fin. de  
constit. & ita verbis expressis declarat Na-  
var. in manual. conf. cap. 23, numer. 83.  
133 vers. quia in re ibi, quia, † quamvis ijlegi  
seculari non subjiciantur, subiecti tamen  
sunt legi naturali, & divinæ, quæ præcipit,  
ne quis sua ultra justum pretium vendat,  
& paulò post, quamvis charitatis Chris-  
tianæ foret, ut Principes Ecclesiæ, qui ma-  
iore misericordia resplendere debent, ta-  
xas, & pœnas secularium quas ob miseri-  
cordiam faciunt, suis edictis juvarent  
eodem nu. 88. eandem etiam sententiam  
amplexi fuerunt Garz. de ult. fin. num. 158. 134  
cum pluribus seq. Val. de success. creat. §. 10.  
nu. 6. 1. & 6. 3. & §. 26. nu. 71. Bapt. Feret.  
conf. 37. in fin. vol. 1. Bursat. conf. 200. n. 50.  
post alios plures, Surd. in conf. 301. volum.  
3. & Azor. lib. 5. institut. moral. cap. 12. in  
fin. ton. 5.

134 Unde non subsistit contraria † opini-  
o, quam aliqui tenuerunt, quia laici ca-  
reant jurisdictione legis condendæ, seu e-  
dicendi super clericos Dec. in dicto capitulo  
Ecclesiæ sanctæ Mariae, num. 90. Azor.  
eodem capit. 12. §. tertio queritur cum alijs 135  
elibi supra allegatis.

Nec vera esset propositio, quæ in argu-  
mentum contra deduci posset, quod, scilicet  
cet, matrimonia inituti † constringi pos-  
sint, ne contrahant cum personis certi loci;  
quia dicta propositio est contra liberta-  
tem matrimonij, & reprobata, tam anti-  
quorum canonum dispensatione, ut c. cum  
locum, &c. gemma, de sponsal. quam ex dis-  
positione lacri concil. Trident. ut c. 9. de  
reform. f. 2. 4.

Doctores autem contrarium tenentes  
loquantur respectu lucri tantum, quod  
mulier contrahens contra formam sta-  
tuti cum forese, amittat lucrum, quod  
alias fuisse consecuta, non autem, quod  
propterea matrimonium non teneat, aut  
aliqua pœna incurritur. Felyn. in dicto ca-  
pitulo Ecclesiæ sanctæ Mariae, nu. 60. & seq.  
& ibi Dec. num. 109. & 120. de constit. &  
Matth. de Affiliat super constit. Regni lib. 3.  
rubr. 20. de uxori. non ducen. nu. 5. quia ma-  
teria matrimonialis est de jure poli, & non  
fori, & ibi num. 7. & per Judices ecclesi-  
sticos causæ matrimoniales sunt cognoscendæ, ut probavi in capit. 24. numer. 6.  
tom. I.

135 Ultra † quod dicta opinio non caret  
difficultate: imò contraria, quod non a-  
mittat lucrum, est verior ex deductis per  
Abb. in repet. dicto capitulo Ecclesiæ sanctæ  
Mariae, num. 20. in fin. & per totid. & Dec.  
loco supra citato.

Videmus, etiam quod statutum civi-  
taris Lucanæ prohibens forensibus offici-  
um procuratoris, non habet locum, nec  
vires in foro ecclesiastico. Ancharan. conf.  
18. in question. nu. 3. per text. in capitulo cum  
deputati, de jud.

137 Ad quæ firmanda, argumentum † te-  
ste Cardin. Bellarm. adduci posset &  
ignis,